



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

E.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

stendat in obstinatum hominem quo cunctis
 presentibus pateat eum hostiliter contra se,
 in retentione odij contra proximum, hoc e-
 gisse. Nec mora, ubi vir sanctus orationem ex-
 pleuit, miser ille euersis oculis tertio in ter-
 ram corruit, oreq; cruorem spumans & sani-
 em maximum horroris spectaculum omni-
 bus præbuit. Tunc flente populo reuerendus
 vir fusa prece prostratum erexit. Qui mox
 integerrime sospitatus, ubi ante se inimicum
 vidit quasi aliquid amicissimum rogaturus
 cum lacrymis veniam petiuit, ruensq; in oscu-
 la eius ad lacrymas & laudem Christi omni-
 um corda commouit.

*EX EBRIETATE MALE
 pereuntes.*

SAMPSON repletus vino per meretricem
 hostibus traditus est. Holopherni, quia
 plus quam vnquam alias biberat, caput à lu-
 dith resectum est. Diues epulo ob excessum
 in potu ne guttulam quidem aquæ post hanc
 vitam inquit Chrysostomus habere meruit.
 Filij Iob dum vinum bibunt ruina domus (à
 dæmone) oppressi sunt. Loth quem Sodoma
 non vicit vino inebriatus geminum commisit
 incestum.

I.
 Iud. 16.
 Iudith 11.
 Luc. 16.
 Ammon
 ebrius in
 conuiuio
 periit.
 2. Reg. 13.
 Iob 1.
 Gen. 19.

S. Aug (vel quisquis est auctor sermonū ad
 fratres in eremo) pro cōcione dixit. Accidit
 hodie terribilis casus, vt omnes audistis, ppter
 quem

6.

quem ad Ecclesiam Hipponensem etiam so-
 minas & infantes congregari præcepi. Ecce
 præclarissimus ciuis noster, & fere dilectus
 ab omnibus Cyrillus filium habebat, ut lo-
 tis, quem corrigere nolebat, & luxuriosè vi-
 uendo cõsumpsit partem bonorum suorum.
 Sed ecce hodie ebrietatem perpessus matrem
 prægnatam nequiter oppressit, sororem in-
 lare voluit, patrem occidit, & duas sorores
 vulneravit ad mortem.

7.

**Speculum
 exempl.**

pag 352.
 c. 56.

Par. 2.

Anime im-
 mortalita-
 tē et pœnas
 inferni p-
 nugis ha-
 bet & com-
 mentis sa-
 crificorū ce-
 teri iocan-
 ti applau-
 dunt.

**Ebriosus
 propriam
 dæmoni
 vendit ani-
 mam.**

Potatur

Thomas Cantiprat. lib. 2. apum ex relato-
 ne fratris ordinis prædicatorum, in Gallia
 inquit, erant honesti quidam viri (tres con-
 bibones) in taberna & bibebant, cumq; in-
 luissent mero inuectus est sermo quid futu-
 rum sit post hanc vitam. Tunc vnus præ-
 caciore vanissimè decipimur à clericis
 dicunt animas sine corporibus viuere po-
 ruinam. Hoc dicto omnibus in risum con-
 tatis aduenit homo statura magnus & forte
 & residens cum illis vinum postulat, hunc
 & residens cum illis vinum postulat, hunc
 quæritq; quis inter eos sit sermo. De animis
 bus, inquit ille (procax) qui supra. Si quis
 am vellet emere, optimo pretio darem
 an, & de pretio in communi ad bibendum
 omnibus. Tunc cachinnantibus omnibus
 qui superuenerat, Talem inquit, mercator
 rem quæro, paratus sum eam emere, dicit
 quanti dabis (indicas)? Et ille elato vultu
 Tanti inquit. Mox conuenientibus eis in
 tio soluit emptor statim pecuniam & latè

bus omnibus biberunt pleno calice, non curante quicquam illo quod animam suam vendidisset. Vespere autem facto, tempus est, inquit emptor, ut quisque nostrum ad propria reuertatur. Vos tamen antequam separemur ferte iudicium. Si quis equum emeret capistrum vinculo alligatum nunquid cum equo in ius ementis cederet & capistrum? cui omnes pariter responderunt, utique cederet. Nec mora, venditorem questionis & responsionis horrore trementem emptor cum anima & corpore videntibus omnibus sursum eleuauit in aëra, & secum ut certum est, ad inferna pertraxit, diabolus enim erat in hominis specie. Huius mercatoris animarum figura fuit Rex ille Sodomorum dicens: Da mihi animas, cetera tolle tibi.

strenue de
praesente
pecunia.

Ius ei cum
capistro
equum ab-
ducendi.

Michael ab Isselt lib. 12. Mercurij Gallo-belgici: Baccharachait, oppidum est in ipsa Rheni ripa inter Cōfluentiam & Moguntiam situm, quod quidam Bacchiaras vocant, ex vini praestantissimi nobilitate longe lateque celebre. Hic 14. Martij natum est monstrum horrendum & maximè prodigiosum, anteriore superioreque parte homini, posteriore inferioreque serpenti simile, caudam habens tribus vlnis longam, nec diutius vixit quam quoad munere suo propter quod missum erat perfunctum esset. Cum enim pater homo impius contemptor Dei & hominum, ebriosusque Dominica quinquagesima in cauponam abiisset,
vt se.

8.

Anno
Chr. 1595.

vt secundum consuetudinem suam ad vom-
 tum potaret, luderetque aleis & omnem in-
 probitatem exerceret, vxor vero illius par-
 vicina eum secuta admoneret, vt ab ista
 pietate abstineret, homo impius non tanto
 monitricis verba contempsit, sed eam mis-
 percutiens præcepit cum viuo suo dæmonem
 quem vtero gereret, & qui illi in partu opor-
 laferetur, domum concederet, si non parca
 gladium suum capulo tenus in ventrem illi
 impacturum. Illa vero, eia, mi vir, egone
 vum gero dæmonem? esto igitur, nec pla-
 locuta, domum reuersa est: maritum in
 combibones aleatoresq; relinquens. Cum
 mum venisset mulier dolores partus sensit
 & terribile hoc monstrum, omnibus qui
 rant horrorem incutiens peperit. Phæax
 tem ille cum libidinem suam potando,
 dendoque satis expleisset & ipse domum
 dii, ingressusque est vbi & puerpera & p-
 tus iacebat. monstrum instar falconis in
 illatum sibilans, caudæ suæ implicatum ho-
 minem venenosis ictibus eum in modum
 pugit, vt toto corpore tuberibus contusio-
 busque pleno paulo post infelicem animam
 exhalauerit. marito mortuo puerpera
 quoque extincta est, & tandem
 monstrum viuere
 desijt.

*DIVINA VLTIO IN ECCLESIA-
rum immunitatem violantes.*

CVM consulatus sui tempore imp. Hono-
rius in vrbe Mediolanensi Libycarum
ferarum exhiberet munus, data copia est mis-
sis militibus ab Stilicone Comite vt Cresco-
nius de Ecclesia raperetur, quem confugien-
tem ad altare Domini S. Episcopus (Ambros.)
cum clericis qui in tempore aderant, defen-
dendum circumdedit. Sed multitudo mili-
tum, quę duces suos habebat de perfidia Aria-
norum, præualuit aduersus paucos, atque ab-
lato Cresconio exultantes ad amphitheatrum
reuerterunt, Ecclesię luctum non modicum
relinquentes. Nam sacerdos prostratus ante
altare Domini factum diu fleuit. Sed in tem-
pore cum reuertissent & renunciaissent ijs à
quibus fuerant destinati milites, dimissi leo-
pardi saltu celeri ad eundem locum in quo
sederant qui de Ecclesia triumphabant ascen-
dentes grauitè laniatos reliquerunt. Quod
vbi vidit Stilico Comes pœnitentia motus est
ita vt per multos dies satisfaceret Sacerdoti.
Et illæsum quidem illum qui ablatu fuerat
dimisit, &c. hæc Paulinus in vita S. Ambrosij.

Quando Mascezil dux Romani exercitus
cum parua manu, hoc est, cū quinq; millibus
militum contra septuaginta millia hostium,
hoc est, exercitum sui fratris Gildonis tyran-
ni castra metatus esset, & beatum Ambro-
sium

1.
Anno
Chr. 396.
vide exem-
plum 4.

2.
Anno
Chr. 398.

sium Episcopum paulo ante defunctum
 somnium sibi videre visus esset, significans
 manu & impacto ad humum ter baculo
 centem, hic, hic, hic, prudenti coniectura
 tellexit verbo locum, numero diem signifi-
 ri: Substitit ac tertio demum die post nocte
 orationibus hymnisq; peruigilem ab ipso
 lestium sacramentorum mysterijs in hostem
 circum fusum processit, & cum ad eos qui
 mi occurrerunt pia pacis verba iactaret, in-
 ferum quendam insolenter obsistētem &
 iamq; pugnam excitantem gladio percussit
 brachio eumque manu debilem ipso vulnere
 coegit pronum inclinare vexillum. Quo
 reliquæ cohortes deditioem iam fieri
 stimantes certatim sese ad Mascezilem
 tradidere conuersis. Sed quia Mascezilem
 nimium temere quæ Dei erant dona ca-
 impertita arrogauit, omnium dispensatione
 passus vitæ quoque iacturam miserè
 Elatus, ait Orosius, rerum secundarum
 lentia posthabito sanctorum consortio
 quibus antea Deo militans vicerat, etiam
 clesiam temerare ausus est, atque ex ea
 dam non dubitauit extrahere. Secuta est
 na sacrilegium. Nam iisdem superstitionibus
 insultantibus quos ab Ecclesia ad peccata
 protraxerat, post aliquantum tempus
 & ipse punitus est, probauit in se vno, &
 trumque semper diuinum vigilare numen
 quando & cum sperauit adiutus, & cum
 temp
 lib. 1
 Is
 sibi
 eutē
 asylu
 violē
 tit A
 scrib
 Ecclē
 uidet
 idem
 poli
 Hinc
 fugiu
 facer
 le sit
 prim
 culu
 Nolit
 sua c
 illust
 ratiō
 ctum
 Gain
 bus c
 siam
 diuin
 fus, c
 tes ha
 siam a

Gildo
 strangula-
 tus ante
 rijk.

lib. 7. c. 36.

tempus occisus est. hæc Oros. & Paulus Diac.
lib. 13.

Is qui Principem inter aulicos Arcadij imp.
sibi vendicabat locum (ex imo ad summum
euctus) Eutropius, violavit sacrum Ecclesiæ
asylum, dum non solum ad eam confugientes
violenter abstraxit, sed & malus auctor exti-
tit Arcadio sanctionis vel legis sacrilegæ con-
scribendæ qua iuberentur confugientes ad
Ecclesiam extrahi. Ideo magna diuinæ pro-
videntiæ lance pensata iustitia factum est, ut
idem Eutropius anno sequenti Constantino-
poli ad Ecclesiam confugere compulsus sit.
Hinc S. Chrysof. Præclulit; ait, huius loci re-
fugium legibus scriptis, quibus hoc irritum
facere conatus est. At nunc re ipsa didicit qua-
le sit quod fecit, & suomet facto legem suam
primus abrogavit, factus orbis totius specta-
culum, & sileat licet, omnes tamen admonet:
Nolite hæc facere, ne qualia ego patiamini,
sua calamitate alios docet & altare hoc ipso
illustrem ex se splendorem emittit ac vene-
rationem sibi comparat quod leonem vin-
ctum continet, &c. Cum imperator (qui eum
Gainæ hosti ad necem dare pacis conditioni-
bus coactus statuerat) audisset ipsum ad Eccle-
siam confugisse, religione repressus, veluti
diuinitatis quibusdam fulgoribus repercus-
sus, continuit se, imo & furentes adhuc mili-
tes habita oratione compescuit, ne in Eccle-
siam ad necem hominis auderent irrumperè.

F Po

3.
Anno
Chr. 398.
Soz. lib. 8.
ca. 8. Socr.
lib. 6. c. 5.
l. 3. de his
qui conf.
ad ecel. C.
Théod.
Cum mi-
seros ad al-
tare confu-
gientes &
crudelitas
& impie-
tas Eutro-
prij inuasit,
protinus
diuinā in
se vindictā
sensit are-
matam.
NB.
Opus habu-
it confugere
ad Ecclesiā
qui haud
pridem ius
Ecclesiæ su-
perba licen-
tiā violarat
Homil. in
Eutrop.

Chrysoft.
miro usus
est eloquē-
tiæ artifi-
cio vt in
Eutropiū
cōcitatum
populum
mitigaret.

Tandem
tamen ca-
pitis sup-
plicium
subijt. Ni-
ceph. li. 13.
c. 4. Zosi-
mus lib. 5.
Prosper de
præd. par.
3. c. 38.

4.

Populus duntaxat timebatur, ne odio, quo
Eutropium flagrabat, in eum infesto agmine
infiliret. Et quomodo quis exundantē torren-
tem aquarum imbribus momento tempo-
re exficcare vel retrorsum flectere humanis vi-
ribus valuisset? Præstitit id tamen diuina
tute Chrysoftomus, pollens viribus eloque-
tiæ, suggestumq; conscendens silentium
nu indicens concionaturus ad populum
dicendi arte in eo primum versatus est, vt
Eutropium inuectus eum omnium misera-
mum populo ostentaret, vt sic illud quod
nabatur efficeret, nempe, vt eum ad eius
miserationem inflecteret, ageretq; vt pro
vita rogaret qui in ipsius caput in clamans
per in Ecclesiam ingressus erat. Populus
tunc furore deposito, pro miserando Eutro-
pium lacrymas fundebat, & ne daretur neci
bus apud Deum atq; Regē pariter expecta-
turus. Atq; ita effectum est vt Ecclesiæ immuni-
tatem integra illibataq; conseruata Eutropij
parceretur, in quod iam post Gainam & Ro-
mulum exercitū imp. primum, mox milites
populus ardentissimis studijs conclamant.
Fuit hic Eutropius Ethnicus, à religioe Chri-
stiana penitus abhorrens, & tamē hunc Chri-
stianorum & Ecclesiæ holtem. vt necem
geret ad Christi altare profugum compul-
sit inuitum licet Christus confiteri vel factio-
nem Dei potentiam.

Sic etiam cōgruē accidit, vt Stilicho

ter militiae, qui violare ius Ecclesie tempore S. Ambrosij, ann. Christi 396. non est veritus, idem ipse necessitate compulsus an. Chr. 408 confugerit ad Ecclesiam & ius pariter Ecclesie imploravit. Ita Deus superbos in res sacras cornua erigentes deprimere consuevit.

Ardaburius militiae Praefectus confugientem hominem ad Ecclesiam Accemetarum, cui praerat S. Martellus, ad eum inde extrahendum obstinata voluntate persistens milites misit, qui tamen exterriti numine destiterunt. Nam eis apparebat adversaria diuina quaedam & caelestis potentia in orbem ab igne circumscripta, & arma inexpugnabilia, nempe crucis Christi imaginem in medio ferens longe magis refulgentem quam ignis qui erat circum circa. Hac ergo terribilis potentia quae apparuerat, ex ipso fastigio monasterij emittebat grauius tela adversum milites quae quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non solum resistere sed nec ea quidem contra intueri possent gladios in terram proiecerunt, & ipsi ceciderunt & voces ad Deum placandum accommodatas prout quisque poterat emittebant. Qui autem asylum sacrum per milites praeeperat violandum post quatuor annos ad ipsum, vna cum suis confugere cogitur & in eo expectare salutem, quod ipsum & praedictis inconcessa Ecclesiastica iura seculari potentia inuadentibus contigit.

Vide exemplum i. h. ius loci.

5.

Anno
Chr. 466.

Ex Metaphr. Suri-
us 29. dec.

Astat Deus
vindex Ec-
clesiasticae
immuni-
tatis in eos
qui illam
violare co-
nantur.

F 2

Rucco

6.
Lib. 2. mi-
racul. S.
Martini
cap. 27.

Ruccolenus opprimens ciuitatem Turonensem legatos ad eam mittit vt homines qui ad Sancti (Martini) basilicam residebant, extraherentur à clericis Quod si differretur fieri, vniuersa promittit incendio concremari. Et nos (inquit Gregorius Turonensis) hec audientes, mœsti valde basilicam sanctam adimus & beati auxilia flagitamus, statimque peralytica, quæ per duodecim annos fuerat tracta, dirigitur. ipse vero Ruccolenus morbo confestim regio fauciatur, atq; ab infirmitatibus Herodianis (quibus nefandus Herodes interijt) allisus, & sicut cera à facie ignis guttiter defluens quinquagesima die ab hydro confusus interijt.

7.
Hieron.
Emserus
in vita B.
Bennonis
Episcopi
Misnensis
c. 32.
Sur. 16. Jul.

Pœna Marchionis
Misnensis
Ecclesiasticam
libertatem violantis.

Marchionem VVilhelmum eum qui Gracianus mortuus est, cum præpositus olim Misnensis Brutenus nomine sæpe adhortatus esset, ab exactationibus & seruitijs, quibus colonos subditos Ecclesiæ Misnensis præter ius ac suetudinem prægrauabat, desisteret, nec ab incepto posset deflectere, ad auxilium eorum diui Bennonis confugit, qui (exorandem tandem assidui Præpositi precibus) Marchionem in somnis apparuit, arguens & commonecians ad remittenda iniusta grauamina. Cum is consiliariorum suorum suafu, dicentium esse curanda somniorum deliramenta in se emendaret, alio tempore per quietem intervisus est sibi Beño irruere, & face quam gestabat alterum ocellum inurere. qui

furgens, & eluscatum se sentiens, tãdem compunctus corde Ecclesiã Misnensi non solum data resarciuit damna, verum insuper multa contulit donaria, quibus vt sperandum est benedictionem pro maledictione à Deo promeruit. Legitur tamen tam hũc quam B. Bennonis percussorem spe prolis à Deo frustratos absq; legitimo decessisse hærede, in pœnam læsã Ecclesiasticã libertatis.

POENAE LAICORVM QVI DE rebus Ecclesiasticis decernere voluerunt.

QVã sobrie quamq; modeste rebus se immiscere Ecclesiasticis Christiani principes debeant magnum in exemplum cunctis esse potest Imp. Iustinianus. Nam cum hic vt laicus vnusq; ex ouibus gregis doceri regi que deberet, munus sibi arrogabat docendi atque sacra regendi, neq; patiebatur, cum opus esset ab auctoritate habente crudiri & gubernari; ideoq; iam senex imprudens in hæresis barathrum sese præcipitem dedit. Rectè S. Ambros. Si vel scripturarum seriem diuinarum, ait, vel vetera tempora retractamus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquam, fidei Episcopus solere de imperatoribus Christianis non imperatores de Episcopis iudicare? Et; Legem tuam nollem esse supra Dei legem. Et Imperator bonus intra Ecclesiam non supra Ecclesiam est. Et: Noli te gra-

I.
V. Baron.
anno Chr.
845. de cõ-
cilio Mel-
densi in
quo prin-
ceps causa
malorũ ef-
sedocetur,
quod res
Ecclesiasti-
cæ per Re-
ges tradun-
tur laicis
possidẽdæ.
ep. 33 & 32.
vet. edit. in
Valentinia
num au-
gustam.



in Auxen- uare imperator vt putes te in ea quæ diuina
tium. sunt imperiale aliquod ius habere. Noli te
ad Marcel- tollere. Sed si vis diutius imperare esto De
linam. subditus. Scriptum est; quæ Dei Deo, quæ Ce
saris Cæsari, ad imperatorem palatia pen
nent, ad sacerdotē Ecclesiæ. Iustinianus ve
licet compositam à prædecessore Iustino p
cem inuenerit, fidemq; Catholicam stabili
tam vndiq; compressis hæreticis, tamen di
quæ sunt sacerdotum sibi nimium arrogat.
Pontificum partes vsurpat, pacem profusa
fidemq; in discrimen sæpe adducit atque
dem penitus labefactat. Vbi semel pacis & c
cordiæ Ecclesiasticæ ineundæ velamento
p̄t cum hæreticis habere cōsuetudinem, qu
procul pellere & morē Catholicorum imp
ratorum in exilium mittere debuisset, p̄t
accidit vt eorum venena minus cautē vitā
dumque aduersantes sibi Romanos Pon
ces auersari cœpit & persequi, factum est
tum maiorem fiduciam conciliaret hære
cis, tum etiam aduersus eos clamantium
orthodoxorum obstruxerit, ex quibus p
tes hæreticorum redditæ fuerunt firmior
Quemadmodum vero donec Catholicus f
felicissime imperauit (ita vt Italiam, Africa
aliasq; multas prouincias Romano imp. re
tuerit): ita vbi hæreticus factus est & editu
proponere voluit de sua hæresi recipiend
mox repentina morte sublatus est, & Eccle
am magno metu liberauit.

Anno
Chr. 563.

Nota quæ
finem con-
secuta sit
Imperato
ris curiosi
tas atq; te
meritas in
miscendis
sacris, sum
mus velut
antistes
esset.

Nota quid
acciderit
homini nō
quæ sunt
Cæsaris tā
tum sibi su
menti, sed
& quæ Dei
procaciter
vsurpanti.

Euagr. li. 4
hist. c. 16. 20

Euagr. lib.
4. c. vlt.

Heraclius quoque imp. suo magno malo se immiscuit in dogmatibus Ecclesiasticis discernendis, nā quasi veritatem defendens penē nesciens in profundum lapsus est hæresis, qua infelix præclare partam tot victorijs gloriā obscuravit. Dum Catholicus esset præclarissimam victoriā de Persis reportavit & crucem Domini recepit, quando res Romanæ desperatæ omnino esse videbantur. At cum in hæresin incidit Monothelitaram omnia illi infeliciter successerunt, & ipse nouo atq; inaudito morbi genere extinctus est.

2.
Anno
Chr. 629.

Zonas.

POENAE IN IMMINVENTES Ecclesie iura, & detrahentes pontificia auctoritati, seu, de pœnis quibus Deus Reges & imperatores (etiam Catholicos) aliqua in re pontificia auctoritati iniurios, est vltus.

De ruina
imperij
occident.

Imperium occidentale alijs distributum est. Iob eandē causam quæ deum mouit vt Assyriorum regna ad Medos ac Persas transferret quod Balthasar rex vasa sacra polluere ausus esset.

Vltio celestis in eos qui de ecclesiasticis iuribus a liquid aut sunt detraxere.

Nam magna Cōstantinus Ecclesie Catholice & Episcopis, in primis autem Pontifici Rom. olim fuit largitus: imminuerunt illa & pene omnia sustulerūt, Cōstantius I. ex imp. hæreticus ac Iulianus successores (licet quod ad ecclesiam Romanā attinet nihil cōtrarium

2.

constituerint). De infelici exitu Constanti-
 fic Ammianus Marcellinus (postquam multo
 de infelicibus prælijs à Constantio cum Pe-
 farum rege commissis disseruisset): vren-
 nimio calore venas, vt ne tangi corpus
 posset, in modum foculi feruens, cum vlti-
 fieret medelarum, vltimum spirans defle-
 exitum, &c. deinde iam anhelitu pulsatus
 thali, diuq; cum anima colluctatus iam dis-
 fura, abiit è vita.

Const. ar-
 det instar
 foculi.

2. Post Constantium Iulianus in prælio
 uersus Persas, sagitta, incertum à quo emi-
 percussus occubuit. Iouiniano in ipso imp-
 rij initio defuncto subrogatus Valentinianus
 qui imperij cõsortem sibi adsciuit Valente
 fratrem Arianum mox etiam filium Gratianum

lib. 16. C.
 Th. de epif.
 Ecl. &
 Cler.

3. multo post Valentinianus infeliciter admi-
 dum, vt scribit Ammianus, moritur seu
 ferrimè decedit, repentina ira inflammatus
 & atrocissime excruciat. Successit illi Gratianus
 tianus cum Valente rursusq; imminuta eccle-
 siastica iura: Statutum namq; sacerdotibus
 minum reos ad illustres potestates trahi

lib. 16. C.
 Th. tit. 23.

4. se. Valens à Gothis fusus cum toto exercitu
 in tugurium se abdidit, ibique ab hostibus
 concrematus. Gratianus à Clemente Marti-
 mo occisus.

Anno 391. à Valentiniano Iuniore constitutum aduersus Ecclesiæ iura, Ne quid à diaconis legaretur clericis aut ecclesijs, diuina ne fieret nisi post annum 60. qui secus fieri permitteret episcopus dignitate moueretur. Item: ne monachi in vrbibus morarentur, sed in vastas solitudines se abderent, neq; redirent nisi ad iudicium vocati. Atque anno sequenti idem Valentinianus apud Viennam laqueo suffocatur ab Arbogaste.

Gratianus ergo & hic Valent. miserè interfecti sunt, conciso imperio, nullis etiam liberis, ad quod illud transmitterent relictis.

Quia Honorius imperium occidentale à patre (Theodosio) accepit cum puer annorum 15. esset, Stilicho omnia est moderatus, vt Theodosius pater instituerat. Consilio ergo & voluntate Stilichonis iura ecclesiastica maxime diminuta sunt, in primis autem statuit Honorius ann. 399. ne episcopus cognoscere possit nisi causas religionis: & an. 398, vt quisquis ad templa cõfugisset quacunq; de causa abreptus ab altari pœnas grauiores persolueret, ne clerici nisi è monachis eligerentur, & c. vtq; is clericorum numerus adscriberetur ecclesijs qui possent è fructibus ecclesiarum pendere tributum. Ideo iusto Dei iudicio anno 400. Alaricus Gotthorum Dux Dalmatiam, Pannonias, Epirumq; scdissime vastauit vsq; ad Alpes Iulias, & anno 401. Italiam vsque ad Thufciam, victo & fugato Stilichone, & anno

F 5 406.

6.

lib. 16. C.
Th. tit. 27.

7.

C. Theod.
tit. 45. ca. 3.
lib. 9. & li.
16. tit. 31.
& 33.

Ob leges
sacræ potes
tati ini
quas immi
nuitur im
perium
occid.

Cassiod. in
fact. &
Prosper.

Prosper.
Imperium
laceratur
ac discer-
pitur.

Abrogatis
nonnullis
legibus ini-
quis, paca-
tiora om-
nia & mi-
nus infeli-
cia tēpora
est sortitus
Honorius.

C. Theod.
lib. 6 li. 50.
& 51.

8.

406. Vandali & Alani traiecto Rheno Gallias sunt ingressi. Constantinus in Britannia per factionem creatus, imper. Gallias occupavit, caesis Honorij ducibus, Hispanias adiungit & imperium tenuit in ijs locis que ad ann. 413. Vandali præterea Africa cepere ann. 402. quo item tempore Rhodanus ab Alarico capta & direpta. Et Stilichone mandato Honorij interemptus est. Honorio lato Honorius anno 413. quamvis non in Italia, multa tamen Ecclesiastica potestata constituit. in primis sanxit ne prædia ecclesiastica tributis ullis onerarentur, nisi visum esset imperatori ut præstetur aliquid de fructibus ubi omnes conferunt ob aliquam necessitatem. præterea ne clerici in rebus suis pud Episcopos accusarentur. Ex eo nonnulli res eius melius processerunt. Gotthi, Vandalis, & Burgundiones assignatis sedibus (in Gallia & Vandalis in Hispania, Burgundiones ultra Rhodanum) contenti se illius imperio subiecerunt. ab his tamen gentibus in Gallia distributis imperio occidentali commissa sunt iniecti ut in illud possent insurgere si vellet, quod & fecerunt.

A Valentiniano III. sicut eversa sunt Ecclesiastica iura, sic imperium Occidentale sum pene funditus, ipse vero miserabiliter interemptus est. Cum constitueret ne Episcopus in rebus suis haberet iudicij potestatem neque in

Ecclesiasti-
ci iuris
violator.

clericos nisi clerici in ipsum compromittant, si quis è clericis litigantibus dissentiat ad eundem iudicem profanum, clericos à laicis ad iudices profanos trahi posse, presbyteros quoque & Episcopos, multaq; alia in detrimentum sacræ potestatis. Eodem anno Attila irrumpens in Italiam subuersa Aquileia cunctas Galliæ Cisalpinæ & AEmiliæ vrbes diripuit ac vastauit, crudeliora patraisset nisi occurrens ad Padum Leo Pontifex illum placasset. Gensericus autem Vandalorum Rex Romanam direptionibus & incendijs deformat, innumeram captiuorum multitudinem abducit, prædam ingentem in Africam refert.

ANNO 1296. Philippus pulcher exegit à clericis omnium bonorum centesimam, mox quinquagesimam. Bonifacius monuit ne id faceret, neve ipse ecclesiasticas dignitates contra ius conferret. Nuncium Philippus malè accepit, Pontifex Ioannem Cardinalem Gallum misit qui Regem ad meliorem mentem placide reduceret. Rex eum mandat custodiri, vetatque ne quis cum illo colloquatur, litterasve ab eo accipiat, eive reddat. Bonifacius eum per litteras excommunicatum declarat, tabellarium in vincula Rex coniecit, Bonifacius subiectos obedientiæ iuramento soluit. Quocirca Rex iratus tandem clam misit qui Pontificem Anagninæ comprehenderent ij mandata fecere, Anagninæq; ad ducta in potestatem Papam in sua domo
in cu-

in custodia detinuerunt, donec paulo post
iecti sunt ann. 1303. Hic igitur Philippus
driam viuens amisit, exercitumq; floren-
tum prælio commisso, Britanniam Galliam
nam coactus est Angliæ Regi restituere. Tunc
eius nurus impudicissimæ, adulteris vitæ
supplicio affectis regiam familiam de
re asperferunt. ipse dum venaretur apro-
pente deiectus equo vita migravit, peste
me Gallia vexata. Dantes hunc vocat
Franciæ pestem.

10.

Pontificij
iuris inimi-
cus diuini-
tus puni-
tur.

Anno 1378. Creatus est Pontifex Romanus

Urbanus VI. qui cum vehementior
tur in obiurgandis Cardinalibus & Episcopis,
Galli post aliquot menses elegendi
suorum numero quædam quem Clemens
dixere. Quia Franciæ Rex Carolus VI.
dissidium fouis, eiectionis in exilium doctores
bus quibusq; ex vniuersitate Parisiensis
pientioribus regni, in insaniam occidit
tusque & abductus est à Philippo Burgundio
in Angliam ad inimicum Regem, tota
Gallia ab Anglis adducta in potestatem
libus autem bellis miserè est dilaniata.
Carolum VI. nonnulli scriptores
mum sui temporis Regem vocant.

Poggius
istius tem-
poris scri-
ptor.

Massonus
li. 4. annal.

11.

Imperium Occidentale ac regnum
manix Caroli Magni siue Pipini liberis
ritus est ereptum quod illi auderèt sacra
sibi rerum administrationem male arrogare
maximo Pontificij authoritatis detrimen-

Ottho magnus anno 963. Conuentu Episcoporum multorum Romæ habito Ioan- nem 12. Pontificatu deiciendum Leonemq; 8. substituendum curauit, ab hoc Leone ob col- latam dignitatē ornatus est priuilegio Ponti- ficis summi ordinandi inuestituræq; Episco- porum, atq; Abbatum, atq; hic quidem mor- te repentina est sublatus. Ottho II. anno 983. angore animique rædio (inquit Sigebertus) deliciens obiit. Tertius tabifico veneno con- sumptus, vt idem refert.

Fridericus II. imp. quia in animo habuit Pontificis summi potestatem prorsus excin- dere cū tota posteritate miserrime omnium periit, ipse namq; à Manfredò filio est stran- gulatus: eius filij Entius à Bononiensibus vi- ctus & captus, caueaque ferrea inclusus obiit, Conradus à Manfredò fratre occisus venena- to Clystero: Manfredus ipse à Carolo, qui di- ui Ludouici frater fuit, in prælio peremptus. Conradinus Conradi filius ab eodem Carolo captus & in publica platea Neapoli securi est percussus.

Ludouicus Bauarus etiam in Pontificem iniquus in venatione repente ex equo ceci- dit, ac humi grauissimè allisus protinus ani- mam emisit, cum venenum bibisset ab aman- tissima (seu quam maxime ad amabat) muliere datum.

POE-

12.

Authoritas
ti pōtificiæ
iniqui cæ-
litus percū-
tiuntur.

13.

Accerrima
Dei vindic-
ta in hos-
tes Ponti-
ficiæ pote-
statis

Fred II. in
teritū sacro
sanctæ au-
thoritatis
sibi sōnat,
& certissi-
mo pro-

14. mittit.
Crantzius
vide plura
huius loci
exēpla lib.

23. Thomæ
Bozij de si-
gnis Eccl.
signo 95. c. 2

Consule
Collat.

Sacr. Bre-
denb. li. 1.
c. 7. de poe-
na iustici
corpus do-
minicum
apud aluca-
riū ex ore
efflantis.

& c. 49. 50.
51. 72. delu-
dāis graui-
ter pūnitis
quod in
Euchar se-
uijssent.

Ex vita S.
Malachiae
per D. Ber-
nardum
sōscripta.

POENAE EORVM QVI IN
Eucharistiam peccarunt.

FVit quidam clericus in Lesmor, prob-
lis, vt fertur, vitæ, sed fidei non ita. Is
lus in oculis suis, presumpsit dicere, in Eucharistia esse duntaxat Sacramentum & non sacramenti, id est, solam sanctificationem non corporis Christi veritatem. Super Malachia secreto & sæpe conuentus, sed sum, vocatus ad medium est, seorsum tam laicis, vt si fieri posset sanaretur, & nō confunderetur. Itaq; in cōuentu clericorum facultas homini est pro sua sententia reddendi. Cumq; totis ingenij viribus (quod mediocriter callebat) asserere & defendere naretur errorem, Malachia cōtra disputante cōuincente, iudicio omnium superatus conuentu cōfusus quidem exijt sed nō corruce. Dicebat autem se nō ratione victum sed copi pressum autoritate. Et tu, inquit, Malachia sine caussa me hodie confundisti uersus profecto veritatem locutus, & corruam ipsius conscientiam. Mœstus Malachia pro homine sic indurato, sed magis fidelis in iuriā, timens periculum, Ecclesiam conuocat, errantem publicè arguit, punit monet, vt resipiscat. Suadentibus hoc Episcopis & vniuerso clero, cum nō accerseret, cōtumaci anathema dicunt, hereticos protestantes. Nec sic euigilans, omnes, in

fauetis homini potius quàm veritati. Ego per-
 sonam non accipio vt deseram veritatem. Ad
 hoc verbum substomachàs sanctus Dominus,
 inquit, fateri te veritatem faciat vel ex neces-
 sitate. Quo respondente, amen, soluitur con-
 uentus. Tali ille inustus cauterio fugam medi-
 tatur, infamis atq; in honoris fore nõ sustinès.
 Et cõtinuo sua tollens exhibat, cum ecce subita
 correptus infirmitate sistit gradum, viribusq;
 deficiens eodẽ loco iactat se super solũ anhe-
 lus & fellus. Forte incidens in id loci vagabun-
 dus insanus offēdit hominem, quidnã ibi agat
 percontator. Respondet, graui se infirmitate
 teneri, & neq; procedere neq; redire valētem.
 Et ille, infirmitas ista, haud alia, inquit, quam
 ipsa mors est. Hoc autē non dixit à semetipso,
 sed pulchre Dominus per insanum corripuit
 eum qui sanus acquiescere noluit cõsilijs sen-
 satorũ. Et addidit reuertere domũ, ego te iu-
 uabo. Deniq; ipso duce reuertitur in ciuitatē,
 redit ad cor, & ad misericordiam Domini.
 Eadem hora accitus Episcopus, agnoscitur
 veritas, abiicitur error, confessus reatum pe-
 nit viaticum, datur reconciliatio, & vno pe-
 nẽ momento p̄fidia ore abdicatur & morte
 diluitur, &c.

Vindicta
 diuina ius-
 ta impreco-
 cationem
 S. Malachi
 corripitur.

Agnoscit
 errorem.
 Ecclesie re-
 cõciliatur.
 Catholicè
 moritur.

2.

Aduentante quadragesima sacrosancto ie-
 luniõ plebs frequens aduenit in ædem B. Fir-
 miani Episcopi & martyris eo die quo cirie-
 res ex patrum pia traditione, quæ hactenus
 obseruatur, fidelium capitibus imponuntur. ad-
 fuit

li. 3. c. 12. vñ
 t̄q̄ S. Godef.
 Episc. Am-
 bianensis
 Sat. 8. Nou.

Diuina vi-
tio eius
qui prohibe-
bente Episcopo
ausus fuit S.
Euch. per-
cipere.

LUC. 10.

fuit etiam B. Godefridus, more suo, nudis
dibus & cilicio indutus, inter cetera S.
exhortationis verba omnibus interdixit
sum carniū donec dominicæ resurrex-
nis solemnitas adesset. Sed id multi sordidè
accepere. Nam proximo die dominico ca-
bus abstinere noluerunt, dicentes Episcopo
de suo corde fingere dura, proferre im-
ta, se assueti nec velle, nec posse relin-
par esse non solum vti cibis sed etiam
& suauibus ætatem ducere oblectamen-
Non id latuit Episcopum, sed tempus ex-
ctauit, quo posset opportune multa in-
gare. Ipso igitur cœnæ dominicæ die per-
lo ad memorati martyris basilicam obitu-
trandam peccatorum veniam confluentem
venit sacerdotalibus vestimentis indutus
bet suo more concionem, inter alia com-
morat Adami inobedientiam, quod dum
esu pomi sibi temperari non vult, vniuersum
genus humanum damnationi obnoxium
diderit, & in multas coniecerit calamitates.
Tum pergit exprobrare illis, quod nihil
exemplo absteriti noluerint obtemperare
ipsi imo Christo per ipsum prohibentem
carnes ederent. An ignoratis, inquit in Eu-
gelio dixisse Dominum de me meique discipulis
bus: qui vos audit, me audit, & qui vos spernit,
me spernit? Annunciaui ego vobis Cœlestis
fati voluntatem & iustitiam, vos me frivola
friola dicere non formidastis. Ergo vobis

hac rebellione incidistis in pœnas cõtemp-
 rum, & cum Adamo rei estis inobedienciæ.
 Certe meritas hodie luetis pœnas. Hanc Epi-
 scopo dicente certatim omnes se humi pro-
 sternunt, pugnis pectora verberant, palam fa-
 tentur culpam suam, cum multis lacrymis
 petunt à Deo veniam, eamq; per Episcopum
 impetrare admodum submissè contendunt.
 ille vero ait ad eos; dignos pœnitentię fructus
 facite, & Christum propitium vobis reddere
 conemini. Interim tam impuræ transgressio-
 nis hæc mulcta esto, vt à sacrosancta Euchari-
 stia vsq; ad secundam Paschatis feriam absti-
 neatis: vt quod improba admisit temeritas,
 pia quandoq; possit confessio abolere. Abe-
 unt igitur cum multo rubore & mœrore, atq;
 inter se quiritantur, quod pro momentanea
 delectatione tam solemnem die communionem
 priuentur. Porro Episcopus pastoralis seueri-
 tate vtens presbyteris omnibus præcepit, ne
 quem ex ijs qui carnes comedissent ad Eucha-
 ristiam sumendam admitterent. Volebat e-
 nim hæc ratione eorum insolentiam reprimere
 & coërcere, ne similia quandoq; atten-
 tarent. Sed ecce ipso Dominicæ resurrectionis
 sacro die fidelibus ad percipiendam Eucha-
 ristiam accedentibus, quidam ex mundi
 huius sapientibus vel potius insipientibus cum
 se reum sciret eius quam diximus transgres-
 sionis, nec tamen abstinere vellet à sacra com-
 munionem, muliebrem habitum induit sexumq;

G

fœ

fœmineum adeo mentitur vt nō aliud
 fœmina videretur. Vult hominum
 fallere, sed omnia videntis Dei oculos
 non potest. vt post alijs insultare queat,
 Episcopo obtemperantes in tanta hominum
 frequentia se passi sint tanquam ethnico
 ceriā communione, accedit ad altare, nec
 iudicans corpus Domini, nec metuens
 stoli sententiā, eum qui indignè illud man-
 cet iudicium sibi manducare. per id tem-
 in Ecclesia in qua isthoc accidit, quæ
 Remigij honorem constructa est vir re-
 dis. Fulco sacerdotio fungebatur. is ho-
 nem non agnoscens admittit eum ad
 porrigit ei Eucharistiam: sed ille diuino
 persequente vindicta corruit, acerrimis
 cerum doloribus cruciatur, spumascen-
 entas ab ore eijciens, quod indignus sum-
 rat, cum multo sanguine, cunctis ceru-
 bus euomit. Accurrunt omnes, dolen-
 cem eius (necdum enim aliud quam ho-
 nam credebant). Fulco sacerdos propere
 mis aduolat, sciscitatur vnde venerit, quæ
 qua causa tam horrendam patiatur ca-
 tatem. Non enim frustra id esse, ille
 dem collectis nonnihil viribus fœmine
 iecto habitu declarat quis sit. Nec enim
 lor sinebat diutius dissimulare. Tum
 ait ad eum venerabilis Presbyter Fulco
 tu mente aut fronte ausus es tam inau-
 designare facinus, vt sexu ementito,

1. Cor. ii.

Noli spiri-
 tualium
 patrum
 iussa con-
 temnere.

egregij Præfulis Godefridi præceptum, tremendis te ingerere Sacramentis non dubitares? Non tu æternos gehennæ cruciatus & flammam inexstinguibiles formidare debuisti? His atque alijs à sacerdote dictis ille miser summo pudore affectus: Heu me infelicem, ait, qui diu instar equi & muli per illicita diffluens, quidquid animo collibitum esset, impudenter admisi, vnde tandem id consecutum est, quod Salomon ait: impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. itaque erecta ceruice, spreta Antistitis salutari prohibitione, huc accessit: sed tandem vexatione dante intellectum auditui, re ipsa iam comperi, faciendam esse quæ iubet Episcopus. Christus enim per eum locutus est. Hæc ut audivit populus circumstantes, valdè horruit infandum scelus, laudavit Christi iudicia, abdita in lucem profertentis, Godefridum Episcopum mire extulit, exactius deinde iussa eius se facturum affirmavit, &c.

Prou 18.

Vide in loco de apostatis eos qui tempore Cyriacæ ob indignam Eucharistiæ perceptionem immundis spiritibus aimpleri sunt.

In Teutonicis partibus Presbyter quidam dum religiosam vitam agere videretur, & pene quotidie sacra Missarum solemnia celebraret, dumque sibi minus cautè prouideret hostis antiqui insidias incurrir, & in turpem sed occultam peccati foueam carnis delectationem delapsus est. Sanctimoniam namque quandam dum in primis gratia

3
Ex vita Petri Cluniacensis Abbat. lib. i. cap. 2.

Sacerdos
indigne
celebrat.

Iram Dei
persentit.

visitationis adiret, ad postremum affidit
colloquij & incauta familiaritate allectus
serabili casu in illam incurrit. Qui comp
lapsus ad cor redire & quàm citissimè re
gere debuisset, proprijs fecibus delectat
diu conuerti distulit, & peccatum peccato
iungens vsum peccandi fecit, sicq; longum
nem quo arctius stringeretur assidue pos
do contextuit. Cumq; in luto scelerum v
taretur, non verebatur tamen ad altare
mini irreuerenter accedere, & sacrament
demptionis nostræ Missam frequentius tato p
brando temerare. Quod cum longo tem
abiecto Dei timore agere nõ formidaret, tentia
contigit quadam die, dum vsq; ad percipit, & c
nem sacri Corporis Christi totam de
missam explicasset, iamque se ad sacramentum
ipla sumenda pararet, repente caro
cum sanguine, tam immundum vltra
rens habitaculum, ab ipsius iam penet
manibus euanuit, admirans ille & ob
scens ab altare citissimè Missa finita
Cumq; indignationem Domini, tam en
tis signi ostensione, circa se commotam
nosceret, volens tamen hoc certius com
bare, secundo Missam aggressus est. cu
uerfa, vt prius, peragenti, cum ad sacram
sumenda ventum esset, simul omnia, vt
subtracta sunt. Iam vero, vt dignum
metum & trepidationem non modicum
ductus, vt de toties repetito miraculo

...vlla hæsitacione certissimus redderetur, ter-
 tio quoque quod iam bis contigerat, attentat-
 re veritus non est. Sed cum omnibus vt ante
 peractis iam sollicitior, quæ apposita erant o-
 culis obseruaret & manibus contrectaret, osq;
 ad sumendam aptaret, subito oculis, manibus
 & ori tertio inuisibiliter sublata disparuerūt.
 Tandem igitur tam euidenti miraculo tre-
 mefactus presbyter, se pessimè egisse, seque
 terribilem iram Domini incurrisse absq; vlla
 dubitatione cognoscens, & qualiter euadere à
 tanto periculo posset sollicitus cogitare cœpit.
 Vltimum ergo peccantibus remedium pœni-
 tentiam esse sciens, ad eam toto corde confu-
 git, &c.

Greg. Turonensis: Dies passionis erat Po-
 lycarpi martyris magni & in Ricomagensi
 vico ciuitatis Arverne eius solemnia celebra-
 bantur. Lecta igitur passione cum reliquis
 lectionibus quas canon sacerdotalis inuexit,
 tempus ad sacrificium offerendum aduenit,
 acceptaq; turre diaconus, in qua mysterium
 Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad
 ostium, ingressusque templum, vt eam altari
 superponeret, elapsa de manu eius, ferebatur
 in aëra, & sic ad ipsam aram accedens, nun-
 quam eâ manus diaconi potuit assequi, quod
 non alia credimus actum de causa nisi quia
 pollutus erat in conscientia, sæpius enim ab
 eodem adulteria ferebantur admissa. vni tan-
 tum presbytero & tribus mulieribus, ex qui-
 bus

Post pœni-
 tentiã diu-
 turnam ite-
 rum cele-
 branti tres
 panes si-
 mul imple-
 tione calis-
 cis austio-
 ri restituti
 fuerunt. vi
 de collat.
 sacr. Bre-
 denbachij
 li. 1. c. 45.

4.
 li. 1. de glo-
 ria marty.
 cap. 86.
 Confundi-
 tur diaconus
 incontinens S.
 Euch. ad
 ecclesiam
 portans.



bus vna mater mea erat, hæc videre, licet
fuit, cæteri non viderunt. Aderam fateor
ego tunc temporis huic festiuitati, sed hæc
dere non merui.

5.

lib. 1. vitæ
Greg. Tu.
101. c. 3.

Funitur,
peccatum
luxuriæ in
confessio-
ne negans
atq; ita in-
digne com-
municans.

Erat iuuenis mundanæ vanitati dedi-
&, vt in illa ætate homines solent, volup-
fræna relaxans, cui cum diu deseruiret cog-
git eum super quadam maritata muliere
famix nota aduri, cumque per aliquam
temporis hac suspicione apud vicinos
que teneretur, accidit, vt incurreret in
tam ægritudinem quæ de vita eius homi-
cogeret desperare. Qui cum lecto des-
beret & iam iamque morti proximus fieri
uitatus est ad eum, more ecclesiastico, pre-
ter vt eius confessionem susciperet, & ei
rienti viaticum salutis humanæ præbe-
Cum vero venisset, hortari eum cepit
commonere instanter, vt peccata sua
fiteri non erubesceret, crimenque illud
specialiter infamatus fuerat salubri con-
fessione manifestaret, acquieuit ille & con-
ri scelera sua studiose aggressus est, quod
dum expleisset, & rursus super præfatis
ne à presbytero interrogaretur, mentitus
dicens se inde nullatenus reum esse. Cui
presbyter diutina hominis infamia, suscipi-
ne actus, ab inquisitione non desisteret
ille: Sic hoc Domini corpus quod attulit
salutem accipere merear, sicut huius re-
obijcitur aliquando culpam non incurrit.

presbyter respōsione credulus redditus, dominicam ei communionem securus tradidit. Qua ore suscepta glutiendi virtus ægro protinus ablata est: nam cum paulo ante quibuslibet etiam duris cibis facilis esset ad ima descensus, hoc parvissimum corporis Christi fragmen, non dicam stomachum sed nec etiam guttur vel paululum attingere potuit. Hoc sentiens ille niti quantum potuit cœpit, vt illud glutire valeret. Quod dum multoties conaretur, & frustrari semper suos conatus cerneret, coactus ipsa glutiendi impotentia, iuxta lectum, quo decumbebat, illud expuendo proiecit. Cujus rei euentu valde terribus presbyterum qui discesserat ad se reuocari rogauit. Redijt ergo Presbyter & infirmum reuisens cur se reuocasset quæsiuit. At ille spiritu Dei agente compunctus confessus est se male egisse, se Deo mentitum fuisse, verumq; quod ante negauerat, esse. Quem cum multo gemitu pœnitentem & satisfaciētem is qui aduenerat presbyter intuens, compassus confitenti & mœrore confecto eum, vt moris est, absoluit, atq; rursus dominico corpore refecit. Quo suscepto cum tanta illud libertate glutiuit, vt vere tunc apparet non casu sed virtute diuina, ne ante hoc suscipere posset, prohibitum fuisse. Post hanc igitur reatus confessionem, & corporis Christi perceptionem paululum superuiuens in pace quieuit.

6. Iusserunt (Donatistarum Episcopi) Eucharistiam canibus fundi (proijci) non sine diuini iudicij. Nam ijdem canes accensi ipsos dominos suos quasi latrones, sanctorum reos, dente vindice, tanquam ignominiosos inimicos lanauerunt (lacerarunt).

Thomas VValdensis: Historiam ait, quod in cathedrâ Ecclesia S. Pauli Londini, venerandus Cantuariensis antistes, felix memorie, concordationis Thomas Arundelius, filius & Comes, pro loco iudicij (assistentibus sibi Noruicensis Ecclesie tunc Præfulexandro & alijs) residens Episcopali sede, habebat quædam & interrogationes proponenda de fide Eucharistie ad quendam Sartorem in partibus Vigornie deprehensum in septimo. Cumque flecti omnino non posset, nec tamquam benedictum panem, sacratissimam Eucharistiam volebat appellare, vel credere, tamen iussus facere reuerentiam hostie, respondit blasphemus: Vere dignior est aranea reuerentia, at illico de alto culmine tecti descendens & horrida visu aranea, ad os blasphemum directo filo peruenit. Et dum sartor queretur ut intraret per polluta labia araneæ solícite laborabat. Adstitit illustris Primicerius Thomas Oxoniensis dux, tunc regni Cantuariensis & vidit prodigium. At prædictus Archiepiscopus statim surgens cum alijs ex omnibus ibi collecto populo quid vltimum

Verisimile est demonem in araneæ formam istum miserum obfuisse.

Opt. Mieruit. lib. 2. contra Donatist. à canibus sunt discerpti qui Euch. illis obiecerunt.

7. lib. contra VVicleph. contigit circa Annũ Chr. 1384.

Domini fecerat in blasphemum. Nec mora
qui preciosissimæ carni agni prælegit arane-
am peccatricem carnem suam flammis deuo-
randam amisit, vt esset fauilla peior aranea.

Doct. Tilmannus Bredenbachius hanc
memorabilem historiam ad se à R. D. Ioanne
Dantio Ecclesiæ Resensis Decano esse per-
scriptam refert: Anno Dominicæ incarnatio-
nis 1561. antequam Geusicus furor effrenatus
erumperet non minus horrendum quàm me-
morabile signum circa Venerab. Eucharisti-
am edidit Deus opt. max. Nouiomagi ad VVa-
halim fluuium, quæ ciuitas in ducatu Geldriæ,
& antiquitate, & populi frequentia, & merci-
monijs priuilegijsq; celeberrima est. Accidit
ibi feria secunda Paschæ (quæ tum incidit in
septimum diem Aprilis) circiter horam diei
nonam, vt sermone, in Ecclesia parochiali si-
mul & collegiata quæ protomartyri Stepha-
no sacra est, absoluto, alter parochorum no-
mine Antonius Vorstius vnâ cum ædituo seu
custode templi Ioanne Haeps accerseretur ad
ægotantem mulierculam quæ solemnî die
Dominicæ resurrectionis ob corporis imbe-
cillitatem in templo non communicarat. De-
cumbat autem mulier in platea Regulari-
um, sic dicta quod via illa per fundum cano-
nicorum Regularium in eâ vrbe commoran-
tium iam olim sit munita. Porro in altiore vi-
ci parte, prope vallum oppidi taberna erat
meritoria, in qua parum honeste tunc tem-
poris

8.

Collat.
Sacr. lib. 1.
cap. 53.

poris diuersabantur viri duo iuuenes, Nouiomagum patria erat, alteri Traiecti superius ad Mosam. Vtroq; ibidem tunc paschale, quod vocant, solito more ellim manibus ostentante, certamen initur in os, idq; periculo hauriendi poculi cereu rrij, vter suum prius ouum glutire queat. Interim aduentat Pastor prædictus cum Verabili Sacramento ouiculam suam infirmam in vicinia commorantem refecturus. Accipit per plateam nola quæ præferebatur Eucristiæ, alter ille qui Traiectensis erat, in contemptum tremendi mysterij, audacter ad sodalem suum: Ego ouum istud quocumque nu teneo citius deglutiuro, quam quam muliercula deastrum illum (teutonice göttgen) dixit, & protinus hians ouum immisit, volens traicere illud per guttur. Sed ecce præsentissimam Dei vindictam præpeditus nullo modo ouum transire potuit. Hærente autem illõ in faucibus miser homo se statim suffocatũ iri, nec vitam reliquam videret, oculis horribiliter contortis conspicit candelam sebaceam clauo pendẽtem. arripit celerrimẽ sebaceam & absque mora iniicit ori, cupiens commouere candela tali protrudere ouum, sed frustra. nihil enim aliud effecit quàm quod sebaceam delæ in gutture apud ouum relicto ellim nitum seu fila nuda retraxerit. Hac spe fractus humi procumbit instar bouis matæ

memoria loquendiq; facultate omnino priuatus. Et supinus iacens fuliginosum & velut AEthiopicum induit vultum, & gutture diuina vltione confracto tristissimam efflat animam. Parocho memorato cum sacrosancto illo pane cæli adstante. Is enim, simulatque infirmam communionis participem fecisset, ex illa domo rediens, audit miserabiles voces ex taberna vicina resonantes, horrore perculsus introcurrit cum Venerabili Sacramento, rogat quid illic sit negotij, audit ex ore præsentium rei gestæ seriem, hominem diuinitus percussum videt humi palpitantem & cum morte certantem, & paulo post expirantis guttur fractum, ouo nunc instar tüberis intercutanei in altero colli lateri, & in faucibus residenti, &c.

Sequentem historiam de subita morte cuiusdam Lutherani ob SS. Euchar. risui habitam ex litteris R. P. Iacobi Gretzeri ad R. P. Petrum VVinæum datis transmisit mihi Embrica R. P. Ioannes Hasius Syluæducentis (strenuus in Soc. Iesu Ecclesiæ Catholice propugnator qui cum alia scripsit, tum exempla Cæsarij Heisterbachensis pulchre illustrauit). Anno 1609. 20. Dec. scripsitq; eandem se ante biduū accepisse Colonia: Vlmam venimus 4. Octob. quo die humatum aiebant ciuem quendam Hinsburgo aduectum qui eo loci extinctus subito dicebatur ob cõtumeliã quã risu, quã verbo SS. Eucharistiæ illatam.

Quam

Quam tamen rem, quod incertis rumoribus
agitaretur, accuratius inuestigandam curamus.
inde ergo postridie digressi, Hinderburgum
attigimus sub meridiem, diuertimus ad
hospitium, cui insigne crucis albae. huius
nomen Martino VVinckler, quem in
prandio, dum varijs de rebus fit sermo,
cunctamur, verane sint quæ de ciue Vltimo
repente extincto referrentur. Hæreticus
nihil, quædam dicit, quædam subterit. Nos
mus edicat, si quid ea super re sciat, morose
de contumelia, nec dissimulare opus esse
palam de re constet, fatetur is mox accedens
id suis in ædibus, & rem omnem vti cunctis
recensere exorsus. Diuertit, inquit, ob hunc
duo, secundo nimirum Octobris, apud
quidam curru aduectus cum vxore ac liberis
nomen ei erat Danieli Ottoni, Cuius erat
mensis officio Oenographus. Lauingare
rat, quo concesserat superioribus diebus
nuptias euocatus, inter prandendum
præterit sacerdos ad ægrotum SS. Eucharistiam
deferens. Excimur tintinnabulis.
Ego à mensa digressus genua flecto, pro
re Catholico, vna mecum filius, qui ad
alij domestici, ipse per fenestrâ despici
ridens an irridens? inde ad epulas & post
Paulo post redit sacerdos referens sacrilegiam
ristiam, rursus signo æris nos ad preces
fenestrâ, euocamur. Prospicit ille iterum
spicit cū irrisu. Mox cōuersus ad me, qui

quit, opus istis nugis & inanijs? was sol das
narrenwerck? quod dictū impium seruus eius
pprius mensæ adstans reprehēdit clarè. Hic
ego: Enim vero, inquā, nos Catholici istis cæ-
remonijs pro religiōe auita & pietate colimus
Deum nostrū, quem præsentem in SS. Euch-
aristia credimus, quia nouimus etiā sereniss.
Archiduces Austriæ dominos nostros cle-
mentissimos isto in SS. Eucharistiam cultu
ad imperium euectos esse. simulq; factum no-
bile Rudolphi I. Comitis Habsburgensis re-
censeo. Tum ille indignabundo similis; quo-
ties ad te, domine, diuerto, mira audio, & cum
dicto cœpit stomachari, cum vxore verba
commutare, post etiam excandescere, & præ-
furore fere spumare. Abit è mensa ocysus dis-
cessurus, comitor descendentem ad currum,
sequitur vxor ponè. necdum currum benè
conscenderat, ecce subito extinctus manus
pedesq; rigidos extendit, omnibus ignaris,
cum ante nullius morbi signum dedisset. Ac-
cedit vxor etiam ipsa conscensura currum,
quæ ita extensum videns viuere adhuc eum
arbitrata: nisi te, inquit, aliter cōponas haud
tibi assidere possum, Inclamat nil se mouen-
tem & clementer impellit. Miramur sine mo-
tu esse, obdormiuisse rati, sed dum propius a-
spicimus, videmus abesse omnem halitum,
infelicem exhalasse animam. Oritur trepi-
datio & lamentatio. Refertur ad ædes cada-
uer exanimum. Subit omnium animos deri-
sus

fus & p̄ocax in SS. Eucharistiam dicitur
 dicitur impium, quod tamen ut tunc
 habeam rogat me feruus properè Vlman
 turus, sequenti biduo cadauer peticum
 tui à magistratu Vlmeni est, & auctum
 ræque eo ipse die mandatum, quo nos
 fuimus. Ita narrabat hospes attestante
 qui & ipse intererat, audientibus cum
 alijs, tum maximè duobus nobilibus vir
 storiam sanè luctuosam sed quæ maximè
 astruendæ fidei Catholicæ.

10.

Ex scripto
 an. 1591. Vi
 ennae Au
 striæ ger
 manice ty
 pis expres
 so. Refert
 Michael
 ab Isselt li.
 4. Mercurij
 Gallo
 belgici, &
 Bredemb.
 li. 1. c. 52.
 Iudæus
 Christianus
 factus (ut
 & ferè om
 nes huius
 farinae Re
 rutiti) Iu
 daizat.

Anno recuperatæ salutis 1591. ipse
 Sept. Pragæ in Bohemia Iudæus quidam
 nomine multarum linguarum & in
 Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritissimè
 fidem Christianam conuersus, ac Christi
 crucifixum verum Messiam humani ge
 redemptorem atq; seruatorem confesse
 crum baptismum suscepit. Qui quidem
 professione Christianus Pragæ in Min
 vt vocant, monasterio, in D. Petri Rod
 familiaritatem ingessit, cuius muneris
 grotantibus Christianis extremum & fal
 corporis Christi porrigere viaticum. Ob
 diligenter attendens, quo loco sacrae co
 rentur (reponerentur & asservaretur) he
 tres ex iisdem chartæ inuolutas furtim
 puit atque Presburgum in Hungariam
 factus, non sine prodicionis suspicio
 Iudæum quendam diuertit. Inter illos
 tur quæstione aliquando de Messia in
 rum
 rum
 iness
 sulta
 dem
 in ha
 Chri
 stend
 tam c
 dem
 men
 mirat
 Ob t
 Deus
 flagit
 tigit,
 re, d
 busqu
 entib
 que m

tionem ac Venerabilis Sacramenti mysterio
orta, hospes ex Leone recenter baptizato
quærit, num aliquando S. Eucharistiam in-
ter Christianos connumeratus sumpserit?
Qui quidem non modo se aliquoties eam
sumplisse, sed etiam apud se reseruatas tres
hostias à Christianis consecratas habere ex-
posuit, ex quibus hospiti suo duas non in-
uitus relinquens, ipse Nickelsburgum pro-
fectus est, Iudæis, quibus hospes rei ordi-
nem aperuit, visum, vt pluribus Iudæo-
rum conuocatis, num aliqua Christiano-
rum Sacramentis & mysterijs fraus ac dolus
& in-
nesset, palam probaretur: post multas con-
sultationes inter conuocatos habitas, tan-
dem, horret animus dicere, quidam ex ijs
in hæc blasphemias vocens erumpens: Si
Christianorum Deus es, id signo aliquo o-
stende, vtramque hostiam mensæ imposi-
tam cultro appposito transfixit, ex qua qui-
dem punctura sanguis adeo copiosus per
mensam effluxit, vt omnes in summam ad-
mirationem raperentur, & attoniti starent.
Ob tam abominandum & horribile facinus
Deus grauissime offensus, domum, in qua
flagitium commissum, fulmine de cælo te-
tigit, ipsamque vna cum hospite, ipsius vxo-
re, duobus liberis (al. duabus filiabus) omni-
busque cæteris Iudæis, tribus tantum effugi-
entibus, vindice igne ita exussit, vt tamen ne-
que mensa, neque hostiæ vlla incendij indicia
darent.

darent. Præfectus (seu gubernator) vrbis
tra ciuitatis pomeria arcem præfici
nens tanto conspecto incendio. famulo
idem restinguendum mittens, à ciuib.
eosdem rescuit incendij originem igno
nisi quod in exustis ædibus Iudæos alie
ciuibus ignorantibus in quem finem con
gatos omnes, exceptis tribus, igne con
ptos constaret. Qui periculo exempto
ma diligentia conquirens ex compro
diu nihil exprimere potuit, sed quia eos
quæstionibus premere non desinebat,
ex ijs rem vt gesta erat sine fuce aperuit.
narratione Præfectus omnino territus,
tres Iudæos pariter in carcerem conijcit
ac cum suis quibus supplicij generibus
sceleratos homines afficiat deliberat.
dem placuit vt prima die viuis magna
te cutis detraheretur, sequenti vero per
feruida pice coquerentur, ac tertia die
die palis perforati ad regias vias alijs
emplum exportierentur; quod & eo mo
ordine factum est.

II.
Seueld est
pagus non
procul ob
Oenipon-
to in finib.
comitatus
Tirolis.
Errorẽ hu-
ius Osval-
di olim re-
futauit Eu-
seb. Emis.
hom. 5. de
Pascha.

Anno à natũ. Domini 1384. quidam
Osvaldus Mulser, ex nobili ortus pro
in Seueld, & ibidẽ in castro vulgariter Sc
perg nuncupato residens, tempore Pa
quo Christi fideles ex præcepto Ecclesiæ
communione Eucharistiæ accedere ho
maiori hostia, & non vt cæteri laici com
nicare nitebatur. Ex timore itaq; huic

dos pernitosè assentiri volebat. Sed dum venerabile sacramentum supra linguam antedicti Osvaldi poneretur, ecce miraculose ante altare terra se aperit ac si ipsum Osvaldum prorsus deglutire vellet, & in illam vsq; ad genua cecidit, ille vero manibus latus altaris apprehendit, sed altare istuc istar cerę mollescere cępit manibusq; cessit. Osvaldus presentem Dei vindictam presentiens, mox pœnitentiã ducitur, veniam à Deo precatur, cumq; hostiam deglutire non posset, Deo id non permittente, sacerdos eam in sacrarium reponit, quę etiamnum hodie istuc sanguineo colore diuinitus tincta & ex lingue salua nõnihil contracta conspicitur. vbi etiam iam inde ad nostra vsq; tempora plurima fiunt miracula. Osvaldus sic diuinitus correptus in molestam incidit ægritudinem, pœnitentiãq; agens & confessus aliquanto super vixit tempore, demum mortuus in Domino. Tilmannus Bredenb. hæc referens addit se altare ipsum, & in eo manus Osvaldi vestigia vidisse & cõtractasse, ac iuxta illud terrę hiatus quo absorberi cęperat, modo ferreis cancellis obtectum, deniq; se & ipsam hostiam & caltrum in quo vixit conspexisse.

Collat. sacr. lib. i. cap. 55.

Cornelius Carnipolitanus recenset anno Christi 1273. Frisiam fere totam submersam fuisse fluctibus marinis, ac istuc perisse plusquam centum millia hominum, idq; propter

12.
In sua
Chronog.
Refert hoc
ex Corne-
lio Michael
Buchinger

H

con-

conuitia & irreuerentiam factam Sacramenti
Eucharistiæ.

13. Cum Traiecti homines vtriusq; sexus
per pontem choreis & vanitatibus oper
darent, contigit sacerdotem cum diuinis
sacramento Eucharistiæ ad ægrum defere
pertrāsire, illi immemores diuinæ rei cultu
vllum ac reuerentiã exhibere, ponte fracto
200. homines aquis Mosæ absorpti sunt
perierunt, anno 1277.

14. Epachius presbyter dum temere, qu
dignus erat, agere præsumpsisset, diuino
cio, solo proiectus occubuit. Hic enim
Dominici natalis vigiliis celebrare, Eccl
expetisset, per singula horarum moment
greditur è templo Dei ac in domo sua
la lasciuia spumantibus pateris hauriebat
vt affirmarent multi se eum post galli
tum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed
esset ex genere senatorio, & nullus in
lo Ricomagensi iuxta sæculi dignitatem
beretur nobilior, celebrare solènia mil
expeditur. Nec dubitat miser vino ma
ctus appetere; quod ieiunus quisq; nõ sine
tu potest terrente cõscientia explicare, v
vbi explicitis verbis sacris, cõfracto Do
ci corporis sacramento, & ipse sumpsit
distribuit ad edendum, mox equini hinc
ad modum vocem emittens ad terram
ac ipumas cum ipsa mysterij sacri part
quam dentibus cõminuere non valuit
proijciens, inter manus suorum ab Eccl

ex Chron.
Traiecten
sibus Her
manni
Scedil.

Greg. Tu
ron. li. 1. de
glor. mart.
c. 87.
Vltio diui
na in Sac.
diuina my
steria indi
gne tra
stantem.

deportatur. Nec caruit vltra hac epilepsie infirmitate, sed per singulos lunares cursus incrementis decrementisq; hac semper pertulit, quia ab hauustu nimio vini infelix minime abstinuit. Hunc epilepticum energumenum fuisse indicat, inquit Delrius, hinnitus equinus, & merito, quia sicut equus & mulus corpus Domini non dijudicauit.

lib. 3. disq. mag. p. 1. q. 7. 16. 1.

Lotharius Rex pactis cum Nicolao Pontifice non steterat, sed adulteram iterum in thalami partem reduxerat, profectus Romam abfolui petit a Pontifice Hadriano dicens se promissis Nicolao factis stetisse, Pontifex pro cogitatione innocentiae (ait Sigisbertus) adsumptionem corporis & sanguinis Domini tam Regem quam optimates regni inuitauit, illi nihil Deum veritu corpus Domini nostri temere & perperam acceperunt. Sed Rege in itinere Placentiae statim moriente, omnes intra annum reliqui perierunt. Recte ergo Ecclesia de hoc Sacramento.

15. Del. disq. mag. lib. 4. c. 4. q. 3. a. ges de purgatione Canonica. Anno 870. in Chron.

Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen inaequali
Vita, vel interitus:
Mors est malis, vita bonis,
Vide paris sumptionis,
Quam sit dispar exitus.

1. Cor. 11. v. 27. Innocentig non deest qui pro nocentibus obijt, vt eos ad innocentiam reuocaret.

Palladius tradit vxorem cuiusdam Aegyptij maleficis carminibus sic affectam fuisse, vt adspicientibus equa videretur, cum tamen sermone humani vsu retineret, adducta a marito

16. in Lausiaca cap. 19.

H 2 ad



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad S. Macharium, hic eam liberavit dixitque tantum dæmonibus in misellam licuisse, quod multum temporis ab Eucharistiæ perceptione se abstinuisset, frequentius itaque posterum ad Iesu corpus sumendum accederet.

17.
Ex litteris
Patrum
Soc. Iesu.

In Polonia Samossæ in ciuitate magni Cellarij regni volebat Choralis quidam facere hostiam iudæo prodere qui eum in finem riam 2. paschæ cum reliquis communicat, emptaque ex ore hostia illam panno inuolutam in saccum recondiderat, conductoque iuro ad Iudæum pergebat. cum iam ex opposita sacre ædiculæ in biuio esset, subistere eum neq; vlla vi humana loco moueri potuerit. Choralis viso miraculo in fugam se contulit, superueniunt nobiles aliquot equites qui cognita re subito infecuti sunt sacrilegum, eumque comprehendentes magistratui stiterunt, quo deinde morti adiudicatus, candentibus forcipibus cum quinque Iudæis est discerpit. Episcopus vero loci monitus cum vniuerso clero hostiam sacram honorificè retulit, ratq; modo magnis impensis in eodem loco excitari insigne templum.

18.
An. 1. Henrici imp.

Anno 1195. in Rechstet pago iuxta Erpordiam virgo quædam ardente febre vehementer ad extremum pene spiritum vsq; afflicta ex parentum voluntate sacerdotem ad se accersiri iussit qui sibi vltimis sacramentis adferret. at vero ipsa cum præfatus

ariditate porrectam sibi sacram hostiam deglutire penitus non valeret præbuit ei sacerdos paucillum aquæ in cochleari, cui deinde cochleari quædam hostiæ particula adhæsit, quam, cum ignoraret sacerdos, cū ipso cochleari in scyphum aquæ imposuit. Porro mater Virginis hanc aquam ob sanctissimi sacramenti reuerentiam in scrinium quoddam seposuit. Cum autem ægra molestam sitim qua torquebatur aqua illa lenare attentasset, ecce miraculum, totam omnino aquam in sanguinem versam comperit, aduocatur subito Presbyter, is vero Imprudentiæ suæ censuram metuens, silentio rem vt occultant omnibus seuerè mandat. At tamen nihilominus adfertur ad Arnoldum Erphordensem præpositum rei geltæ fama. is certos quosdā presbyteros constituit qui de vniuerso negotio accurate cognoscant: ij vt cognouerunt rem sic se habere, sacrum illud mysterium Erphordiam detulerunt. Processit autem eis obuius Archiepiscopus Moguntinus Conradus cum clero & ciuium grandi numero, explorata tamen sic prius diuina voluntate. Indixit Rmus Archiepiscopus in clero & plebe peculiare orationes vt indicio aliquo diuino palam fieret nil rei subesse fraudis. Itaq; cum presbyteri ante dictam particulam hostiæ in scypho quæsiuissent nec eam reperiissent, inuenerunt eam tum demum cum persoluta esset ad Deum oratio. Cum igitur Archiepiscopus &

Irreuerentia Sacer.
nota.

H 3 signum

signum hoc & presbyterorum testimonium ad astruendam veritatem argumenta sufficientia, accepisse, tunc primum ipse cum clero populo Venerabili Sacramento, Pontificis habitu indutus, obviam profectus est. Veritatem in D. Virginis templum hostia delata totum populū ad orationem archipræsulis exhortatus, quam sanè orationem quòdlibet uēs ea esset, res admirabilis subsequuta est. Nimirum interea dum archipræsul oblata conerat ecce id quod antea sanguis in scypho erat colore commutato vinum quasi nigricans in aspectu omnium repente exiit, atque huc in D. Virginis tēpli choro imposita hæc Sacramenta vna cum scypho & cocleari in altare sanguini Domini & D. Catholici excitatum hinc quotannis die 26. Marius plus cruore nigrescente imbutus vasculum venerabilis Sacramenti inclusus Cleri populi Catholici frequenti processione circum Virginis ædem deportatur.

Vide libellum VVilhelmi à Gent qui an. 8. prodit in Colonia apud Maternum Cholinum

An. 1563 Cū Erphordiæ D. Sigillifer Theoricus Baumeier venerabile Sacramentum in corpore Christi in processione portaret atheranus nobilis blasphemus ore diceret, quem cuculū hic senex portat, statim datus blasphemus, procidens enim in terram epilepticus, portatur in ambitu in facillime accersitur Medicus D. Ioannes Heber qui cōtinuo asserit esse casum desperatum, paucos dies in magna impatientia moritur.

Sozom. lib. 8. eccl. hist. ca. 5. Vir quidam è
Macedoniana hæresi vxorem eiusdem opi-
nionis habebat. Hic cum Ioannem Chryso-
stomum quomodo de Deo sentiendum esset
docentem audisset, dogma illius laudabat, &
vxorem quoq; vt secum sentiret hortabatur.
Cum vero illa magis nobilium mulierum ser-
monibus quàm illius consuetudini obtempe-
raret, & post frequentes aduentiones vir il-
lius nihil effecisset, nisi inquit, in diuinis con-
fessis fueris neq; in vitæ communione posthac
eris. mulier hoc audito & consensum pollici-
ta, rem eam famulæ cuidam cõmunicat, quam
sibi fidam esse indicabat illiusq; opera ad
fallendum virum vtitur. Circa tempus au-
tem mysteriorũ (sciunt initiati quid sit quod
dico) illa quod accepit continens, quasi ora-
tura procumbit, famula astans clanculum il-
li dat panem quem secum in manu attulerat.
Hic cum dentibus admoueretur in lapidem
congelascit, Mulier perterrita metuens ne
quid sibi mali propter eam rem, quæ diuini-
tus acciderat, contingeret ad Episcopum cur-
su contendit, ac seipsam prodens lapidẽ osten-
dit adhuc morſi vestigia habentem & materi-
am incognitã coloremq; admirabilem osten-
dentem, simulq; veniam cum lacrymis petens
viro suo consensuram se pollicetur. Quod si
cuiquam incredibile videtur lapis ille testis
est qui etiamnum inter clinodia ecclesiæ Cõ-
stantinopolitanæ asseruatur, hæc Soz. V. Bar.
an. 4000,

Petr. Dam.
ep 14. c. 12.
& Sur. to 7
Biedeb. col
lat. sacr. li.

5. c. 40.

I.

al. Adeleis
dem.

Coniugio
canonibus
verito co-
pulati ex-
communi-
cantur.

*EXCOMMUNICACIONEM CON-
temnentium lamentabilis in-
teritus.*

Otho (I.) Rex Teutonicorum qui per
modum imperator creatus est Ro-
norum, Adalaheidem Italiae Reginam
sibi commater extiterat, suscepit in conjugium
quem filius eius Almificus (Vvihelmus)
Moguntinae praesidebat pastor (Episcopus)
Ecclesiae, cepit constanter arguere, & sceleratum
stum luridumque conjugium publice con-
mnare. Pater autem vehementer iratus
comprehendi praecipit, & carcerali custodia
stodiae mancipavit, quem per annale circumscriptione
spatium carceri inclusit, sed a correctione
linguam terroris vinculum non ligavit. Cuius
vero pater eum, quadragesimali decursu
ieiunio, de custodia decrevisset educere, per se
tequam Psalterium expleret, quod aureis
rabat apicibus, recusavit exire. Veruntamen
cum exiit, zelo sacerdotalis accensus auctoritate
thoritatis, non quieuit, sed mox in patrem
culum publicae excommunicationis intromisit.
O vere dignum regio genere sacerdotem
in causa Dei non imperiale fastigium, sed
paternum recognovit affectum, sed dum
ternam ac regiam auctoritatem in solo
constituit, hunc hominem eius legibus
stentem a se prorsus extraneum deputavit.
Dixit autem patri: Tu arbitraris me ad

sum te insolenter agere, te vero præiudicium
sustinere: scito prænosces quia die sancto
Pentecostes vterq; simul adstabimus ante De-
um, ibiq; ventilabitur inter nos librata iusti-
tiæ lance litigium, ibi luce clarius apparebit
quis nostrum æquitatis lineam teneat, quis
Dei legibus contradicat. Factumq; est, ipso,
qui dictus est sacrosanctæ solemnitatis die vt
dum præfatus Augustus imperialibus infulis
redimitus, multorumq; Pontificum choris si-
ue procerum vallatus agminibus, Missarum
solemnis interesset, repentino super eum ve-
niente iudicio, repertus sit mortuus. Episco-
pus autem iam in domino quieuerat. Sic, sic,
qui de incesto coniugio contempsit inter ho-
mines iudicari, ad tribunal æterni iudicis co-
actus est pertrahi: & qui subiectum sibi dedi-
gnatus est audire Pontificem, terribilem su-
per se non potuit euadere maiestatem.

Cum D. Hugo Episcopus Lincolnensis 2.
quosdam contumaces excommunicasset, nec
magni facerent, illi subito nõ comparuerunt.
Militem aliũ ob eandem causam diabolus nõ 3.
se sequente inuasit, & animam subito extor-
sit. Alij ab eodẽ excommunicati à diabolo præ- 4.
focati fuere, de his lege vitam ab æquali eius
scriptam c. 23. apud Sur. tom. 6.

FESTORVM VIOLATORES
puniuntur.

Notgerus in vita S. Remacli refert rusti- 5.
cum